

B. 25.

NATALEM LIV
SERENISSIMI POTENTISSIMIOVE PRINCIPIS
AC DOMINI DOMINI

FRIDERICI REGIS BORVSSIAE MAR- CHIONIS BRANDENBVRGICI S. ROM.

IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SVPREMI PRIN-
CIPIS ARAVSIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVX MAGDE-
BVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBI-
VRVM VINIDORVM MECKLENBVRGI ET IN SILEZIA CROSNAE BVRGGRAVII
NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE CAMINIVANDALIAE
SVVERINI RACEBVRGI ET MEVRSAE COMITIS HOHENZOLLERAE RVPINI
MARCAE RAVENSBERGAE HOHENSTEINI TECKLENBVRGI LINGAE SVVERINI
BVRAE ET LEERDAMI MARCHIONIS VEHRAE ET VLSSINGAE DYNASTAE
IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STARGARDAE IN
LAVENBVRG BVTOW ARLAY ET BREDAE CETERA

REGIS ET DOMINI NOSTRI MVLTIO CLEMENTISSIMI
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO DOMINO

PHILIPPO WILHELMO

PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE BRANDENBVRGICO
DVCE MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STE-
TINI POMERANIAE CASSVBIORVM VINIDORVM CETERA
DVCA TVS MAGDEBVRGICI GVBERNATORE

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO
XII IVLII HORA X

ACADEMIAE FRIDERICIANAE

PVBLCIO NOMINE
COLLEGA NOBIS CONIVNCTISSIMVS

NICOLAVS HERONYMVVS GVNDLINGIVS

I. V. D. SACRI TRIBVNALIS QVOD IN DVCA TV EST MAGDE-
BVRGICO CONSILIARIVS REGIVS ET PROFESSOR ELOQVNTIAE
AC ANTIQVIT. ORD.

DEMISSISSIME GRATVLABVNDVS CELEBRABIT
AD QVOD SOLENNE OFFICIVM ET CONIVNCTAM
MAGISTRATVS ACADEMICI PERMVATIONEM
OFFICIOSE ET PERHVMANITER

INVITAT
ACADEMIAE PRORECOR

HENRICVS BODIVS ICT.

POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS RERVV SA-
CRARVM CONSILIARIVS IVRIVM PROFESSOR
ORDINARIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
LITERIS CHRISTIANI HENCKELII ACAD. TYPOGR.

1103



VII * * * TAX
Enit tandem tot expeditus votis, tanto
expectatus desiderio Natalis LIV. Se-
renissimi, ac Potentissimi Borussiae RE-
GIS, Domini nostri longe indulgentif-
simi; & caligantibus lucem, squalenti-
bus nitorem, torpentibus calorem, anhelantibus spi-
ritum, vitamque infundit. Facit enim illa purissimi
affectus flamma, & sanctus in optimos Principes a-
mor; ut boni ciues animum inducant, & quasi sent-
tiant, se ex iis, qui leni imperio ciuitati praesunt, & vi-
tam haurire, & spiritum ducere, & alacritatem acci-
pere, & omnium praestantissimarum rerum dulcissi-
mos fructus colligere. Quis autem FRIDERICO
REGE sapientior est? quis regnandi artibus instru-
ctior? quis consilio valentior? quis pro salute ciuium
vigilantior? Eia! quae decora prospicimus? Neque e-
nim sub hoc PRINCIPE oppugnantur virtutes; sed
excitantur: hoc vnum ILLE agit, & cogitat; in hanc
vnam curam incumbit; eo omnia studia confert; ut
regnum tueatur, vniuersamque rempublicam a peri-
culis tutam conseruet; liberalia ingenia praemiis ex-
fuscitet; ut ad omnia, quae in obscuritate naturae la-
tent, acute peruestiganda plenis passibus contendant;
& ad excellentem gradum honoris sub bono REGE,
cum maxima laude, sine vlllo discrimine adspirent.
Eia! quam voluptatem persentiscimus? Refocillan-
tur Musae, quae inter armorum strepitus, contagio-
nemque ad fines Germaniae serpentem parumper tre-
pidarunt: refocillantur, inquam, & animum recipi-
unt, viresque resumunt. Quare enim trepidarent am-
plius, vbi nihil molestiae percipiunt? vbi ornantur,
locupletantur, augentur, nouisque indies beneficiis
cumulantur? Eia igitur exulta FRIDERICIANA! Vi-
uit REX tuus: valet FRIDERICVS, qui te af-
fectu parentis respicit, & suae in te artis imaginem
con-

contemplatur: bene se habet **AUGUSTVS** eminentissimus tanti artificii **CONDITOR**, tamque elegantis structuræ peritissimus **ARCHITECTVS**, qui quod effecit, ac velut æternum regię munificentię documentum conspici vult, odissè sane non potest. Sed hæc tamen omnia, itemque plura in Academiam, humanissimasque litteras merita verborum quibusdam luminibus pro rei dignitate paullo amplius publico nomine exornabit vir ingenio, ac eruditione præstans **NICOLAUS HIERONYMVS GÜNDLINGIVS I. V. D.** sacri Tribunalis, quod est in Ducatu Magdeburgico Consiliarius Regius, Professor Eloquentiæ, ac Antiquitatum ordinarius, Collega noster longe dilectissimus; vt nouum a nobis posteritas, itemque locupletissimum grati animi testimonium accipiat, eoque delectetur. Quod quidem cum in se satis sit magnum, atque præclarum, & ad excitanda eruditissimorum hominum studia præualidum: non dubitamus tamen, quin Academici Magistratus permutatio nonnihil ponderis sit datura; vtpote quam salutari consilio cum his semper solennibus coniungi **REX** clementissime iussit. Et idcirco enim demississimis precibus nostris potissimum annuit, benignoque vultu locum reliquit Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus **PHILIPPVS WILHELMVS**, Princeps Borussiae, Marchio Brandenburgensis, Dux Magdeburgi, Cluiiæ, Iuliaci, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vinidorum, cetera, Ducatus Magdeburgici Gubernator, Dominus noster clementissimus, quod sapientissimi **FRATRIS** votis, voluntatique maxime congruere cerneret, si **RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI** munus in scholæ nostræ immortale decus retineret, deque integro, quod prudentissime decreuit, publicandum curaret. Quod nunc quidem tanto lubentius exsequimur, atque facimus, quanto hic **PRINCEPS** virtutibus est ornatior, & litteris, aliisque laudum infigni-

gnibus illustrior, pietate, lenitate, ac beneficentia in viros sapientes celebratior; vnde augurium, omenque lætissimum capiant bonæ mentes ad veram dignitatem, ingeniique gloriam summa alacritate atque studio adspirantes. Sed quoniam summa, ac principalis tanti HEROIS dignitas, atque auctoritas non patitur, vt de salute Academiæ nostræ præsens nonnulla statuatur; ideo indulgentissimi REGIS nostri consensu in eiusdem locum vnanimi consilio substitutus est vir singularis doctrinæ fama, ac medicæ artis gloria spectatus atque Excellentissimus GEORGIUS ERNESTVS STAHLIVS, Medicinæ Doctor, eiusdemque ac rerum naturalium in hac Academia Professor bene merentissimus, Collega nobis coniunctissimus, quem eodem die Natali hoc est XII Iulii hora X huic vicariæ diligentia statuto loco, priscaque cerimonia inaugurandum, ac publice recipiendum significamus. Rogamus perquam officiose illustrissimum DANCKELMANNVM, qui Regimini huius Ducatus eminenti auctoritate præsidet, aliosque variorum Collegiorum viros summos, CONSILIARIOSQVE splendidissimos, vt posthabitis paullisper alienis negotiis anniuersaria, quæ celebramus, sacra præsentia sua magnificentiora efficiant. Illustrissimos COMITES, BARONES multa generis claritudine prælucentes, IUVENES veteri profapia florentes, CONSVLES, DOCTORES, MYSTAS, SENATORES, CIVES vniuersos, itemque singulos hortamur, atque obtestamur, vt fauoris ac beneuolentiæ suæ nouum ac illustre documentum edentes nobiscum vna sint, frequentesque lætentur. Amplius nihil addimus. Digna enim est tam illustris species, quam non præsentem tantum; sed etiam absentes admirentur. P. P. Halæ Magdeburgicæ V. Idus Iulias
c161ccc

Gb 1633.

4^o


ULB Halle 3
001 611 763



20

n. c.





is curra-
Felicius
omnia,
plures,
unt. In-
ciam pu-
fenectus
rata plu-
contem-
ni fanum



17.
NATALEM LIV
SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE PRINCIPIS
AC DOMINI DOMINI

FRIDERICI

REGIS BORVSSIAE MAR-
CHIONIS BRANDENBURGICI S. ROM.

IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SUPREMI PRIN-
CIPIS ARAVISIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVX MAGDE-
BURGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVIO-
RVM VINIDORVM MECKLENBURGI ET IN SILESIA CROSNAE BURGGRAVII
NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE CAMINIVANDALIAE
SVERINI RACEBURGI ET MEVRSAE COMITIS HOHENZOLLERAE RVPINI
MARCAE RAVENSBERGAE HOHENSTEINI TECKLENBURGI LINGAE SVERINI
BYRAE ET LEERDAMI MARCHIONIS VEHRAE ET VLISSINGAE DYNASTAE
IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STARGARDAE IN
LAVENBURG BVTOW ARLAY ET BRED A CETERA

REGIS ET DOMINI NOSTRI MVLTO CLEMENTISSIMI
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO DOMINO

PHILIPPO WILHELMO

PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE BRANDENBURGICO
DVCE MAGDEBURGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STE-
TINI POMERANIAE CASSVIO RVM VINIDORVM CETERA
DVCATVS MAGDEBURGICI GVBERNATORE

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO

XII IVLII HORA X

ACADEMIAE FRIDERICIANAE

PVBLCO NOMINE

COLLEGA NOBIS CONIVNCTISSIMVS

NICOLAVS HERONYMVS GVNDLINGIVS

I. V. D. SACRI TRIBVNALIS QVOD IN DVCATV EST MAGDE-
BURGICO CONSILIARIVS REGIVS ET PROFESSOR ELOQVENTIAE
AC ANTIQVIT. ORD.

DEMISISSIME GRATVLABVNDVVS CELEBRABIT

AD QVOD QVOD SENNE OFFICIVM ET CONIVNCTAM

MAGISTRATVS ACADEMICI PERMVATIONEM

OFFICIOSE ET PERHVMANITER

INVITAT

ACADEMIAE PRORECOR

HENRICVS BODINVS ICT.

POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS RERV SA-
CRARVM CONSILIARIVS IVRIVM PROFESSOR
ORDINARIVS.

HALAE MAGDEBURGICAE

LITERIS CHRISTIANI HENCKELII ACAD. TYPOGR.